



Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. II. Institutum Clericorum Regularium est institutum Apostolicum: & quàm strenue huc vsque in functionibus Apostolicis illi desudarint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

CAPVT II.

Institutum Clericorum Regularium est institutum Apostolicum: & quàm strenuè huc vsque in functionibus Apostolicis illi desudarint.

CAnonicos Regulares idē cum Apostolis institutum seruare, frequentibus adsertionibus summi Pontifices declarauerunt: ac eruditè deducit Iohan. Mauburnus. Vocant enim vitam eorum

1. *Vitam Ecclesie primitiuam, Apostolicis institutam doctrinis:* 2. *in Ecclesia primitiua exortā, à S. Augustino sacris institutionibus stabilitam:* 3. *ad exemplum nascentis Ecclesie,* 4. *primorum Christiane religionis Clericorum normā traditionibusq; fundatam.*

Quæ omnia singulis Regularium Clericorum institutis conueniunt: hoc tamen addito, sic singulis conuenire, vt nihilominus singuli siugulos in aliquo excedant. Omnes quidem communem vitam professione firmatam ducunt: paupertatem tamen Apostolicam illi perfectiùs æmulantur, qui

In Venetorio Canon Regular.
 1. *Vrbano.*
 II. *Ad Lambertus*
Abbatia S. Rufi.
 2. *Benedicti XII. Abbatia S. Dyoni.*
 & *S. Vict.*
Rhem.
 3. *Essen. gen. IV. in priuileg. Concil. Later.*
 4. *Sixtus IV. ad Lateran. Congr.*

Cc de

de ordine Regularium mendicantium sunt; ac inter eos alij alijs magis . Ecclesiarum sollicitudinem, curam populi, Sacramentorum dispensationem iam olim in plurimis tam Cathedralibus quàm Collegiatis Ecclesijs administrarunt illi Canonici Regulares, qui lineâ & Byrrho vtuntur. Quibus accedunt Canonici Præmonstratenses, qui vsque hodie innumeris Ecclesijs parochialibus ordini suo incorporatis præfunt: atque ante hæc infelicia tempora sexdecim Episcopatus itidem incorporatos administrarunt. In gentium infidelium conuersione, Euangelij propagatione, hæresum extirpatione, post Apostolos emi-
 nuerunt sine dubio iam olim illi Clerici, qui in lineâ & Byrrho . Præmonstratenses quoque laudabilissimè eo munere functi. Testatur hæresis Adamitica & Sacramentaria Tanchelini per eos profligata, Saxonia & Sclauonia illustratæ, VVandalia magna ex parte conuersa. Sequuti hos Dominici & Franciscani, qui vsque hodie indefatigabiliter cum alijs sanctis mendicantium

*Seruat.
 La Riuel.
 in optica.
 ex Steph.
 Card.*

ET MONACHORVM HABITV. 203
tium Regularibus in eâ functione decer-
tant. Et quis dignè eloquatur quid & quan-
tum debeat Polonia Hyacintho è familia
Dominici? Petro Gandauensi laico Fran-
ciscano Mexica? Malabares Alexio Meze-
nio Eremitæ Augustiniano? Xauerio è So-
cietate Iesu Iaponia? Quatuor nominaui:
omnes, impossibile.

*Non mihi si lingua centum essent, oraq; cen-
tum.*

multiplicati enim sunt super numerum. Ut
mirum sit virum hodie magnum, scri-
pto libello conatum docere, hac functione
Religiosis Clericis interdicens; in qua
ab ipsa Ecclesiæ infantia sanctissimè desu-
darunt; quatuor mundi plagis, imò si licet
dicere, nouis mundis vexillum Crucis in-
ferentes. Sed hæc perfunctoriè de quibus-
dam Clericorum functionibus delibat.
sint, quia de his agendum libro sequenti.